

Guido Faba

Nobili et sapienti domine B. Forlivii

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Guido Faba

Nobili et sapienti domine B. Forlivii

1226-1228

Nobili et sapienti domine B. Forlivii morum elegantia decorate, A. salutem et quicquid fidelitatis et servitii potest.

Sic me cepit vestre claritatis amor, virgo splendida, rosea et serena, quod diebus ac noctibus non possum aliud nisi de vestra pulcritudine cogitare; quam cum videre valeo, in tantum meus animus gloriatur, quasi essem intra paradisi gaudiis constitutus.

Cum autem sitis spes mea que mihi sola potestis in terris conferre letitiam et salutem, gratiam suam mihi pereunti vestra curialitas misericorditer largiatur, sine qua mea mors vita creditur et vita mortua reputatur.